



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1650

§. 4. Conuitiatores in ranas mutati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

interpellans aiebat: *Non refugio, Domini, retractare hoc dictum, si aut vos, aut istam offendit, atq; ecce vel jam retracto, & lubens mihi ipsi contradico, atq; HANC DOMINAM CARNIFICE MARITO ESSE DIGNAM.* Dixit, & omnes auditores in eachinum sunt soluti: coacta est etiam ipsa mulier stultitiam suam ridere, vt que maluerit, se carnifice dignam, quam non dignam videri.

§. IV.

Conuitiatores in ranas mutati.

Qui plura vult eiusmodi pensantium ex æquo conuitia missa & remissa audire, audiat in foro, in hospitij, in valetudinarijs litigantes; putabit sæpe, se audire Lycios cum Latona pugnantes, aut ita homines inter se coaxantes, seque inuicem prouocantes, & maledictis lacerantes, vt nulla illis maior optari pœna possit, quam qualem Latona Lycijs est precata; quæ ab aquis cum conuitio repulsa,

Eternùm stagno, dixit, viuatis in isto. Ouid. l. 6.

Eueniunt optata Dea: inuat esse sub undis. Metam,

Et modò tota cauâ submergere membra palude,

Nunc proferre caput, summo modò gurgite nare,

Sæpe

*Sape super ripam stagni consistere, saepe
In gelidos resilere lacus, sed nunc quoq; turpe
Litibus exercent linguas, pulsoq; pudore
Quamuis sint sub aqua, sub aqua maledicere
tentant.*

*Vox quoq; jam ranca est, inflataq; colla tunc
mescunt,*

*Ipsaq; dilatant patulos conuitia rictus.
Terga caput tangunt, colla intercepta videtur,
dentur,*

*Spina viret: venter, pars maxima corporis,
albet:*

*Limosoq; noua saliant in gurgite rana.
Ita falsa Dea fingitur puniuisse veros con-
uitatores, ranis meritò in ripa, aut aqua
identidem coaxantibus comparandos.*

§. V.

*Retorsiones in Adamum, demonem malum,
& alios à Deo facta.*

Verus Deus conuitia, sine conuitio, in
authores suos refundit. Mirè permulfit pri-

Gen. 3. 5. *mos parentes nostros illa cantilena: Eritis
sicut Di, scientes bonum & malum. Præuari-
cati sunt; & tunicis pelliceis induti audierunt:*

Ibid. v. 22. *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens
bonum & malum. Insignis hæc ironia & sar-
casmus erat, quo indicatum est, quàm dis-
similis*